



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum originale peccatum sit habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

peccante, eius filii peccatum originale contrahent, A etiam si Adam non peccasset.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. Magis autem fuisset dicendum, quod per duos intrasset, cum ambo peccaverint, uel potius per mulierem, quae primo peccauit, si femina peccatum originale in prolem transmitteret. non ergo peccatum originale deriuatur in filios a matre, sed a patre.

RESPONDEO. Dicendum, quod huius dubitationis solutio ex praemissis patet. Dicitur est. n. supra, quod peccatum originale a primo parente traducitur, in quantum ipse mouet ad generationem naturam. unde dictum est, quod si materialiter tantum aliquis ex carne humana generaretur, originale peccatum non contraheret. Manifestum est autem secundum doctrinam philosophorum, quod principium actuum in generatione est a patre, materiam autem mater ministrat. unde peccatum originale non contrahitur a matre, sed a patre. & secundum hoc, si Adam non peccante, Eua peccasset, filii originale peccatum non contraherent; e conuerfo autem esset, si Adam peccasset, & Eua non.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in patre praexistit filius sicut in principio actiuo: sed in matre si cur principium materiali, & passiuo, ubi non est similis ratio.

AD SECUNDUM dicendum, quod quibusdam uidetur, quod Eua peccante, si Adam non peccasset, filii essent immunes a culpa: patenter tamen necessitatem moriendi, & alias passibilitates proueniens ex necessitate materiae, quam mater ministrat, non sub ratione poenae, sed sicut quosdam naturales defectus. Sed hoc non uidetur conueniens. Immortalitas enim, & impassibilitas primi status non erat ex conditione materiae, ut in primo dictum est, sed ex originali iustitia, per quam corpus subdebatur animae, quantum anima esset subiecta Deo, defectus autem originalis iustitiae est peccatum originale. Si igitur Adam non peccante peccatum originale non transfunderetur in posterum propter peccatum Euae, manifestum est quod in filijs non esset defectus originalis iustitiae, unde non esset in eis passibilitas, uel necessitas moriendi.

AD TERTIUM dicendum, quod illa purgatio praeueniens in beata Virgine, non requirebatur ad auferendum transfusionem originalis peccati: sed quia oportebat ut Mater Dei maxima puritate niteretur. Non enim est aliquid digne receptaculum Dei nisi sit mundum, secundum illud Psal. 93. Domum tuam, Domine, decet sanctitudo.

QVAESTIO LXXXII.

De originali peccato quantum ad suam essentiam, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato originali, quantum ad suam essentiam.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

- Primo, Vtrum originale peccatum sit habitus.
- Secundo, Vtrum sit unum tantum in uno homine.
- Tertio, Vtrum sit concupiscentia.
- Quarto, Vtrum equaliter sit in omnibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum originale peccatum sit habitus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod originale peccatum non sit habitus.

Originalis enim peccatum est carentia originalis iustitiae, ut Anselmus dicit in libro de Conceptu uirginali, & sic originale peccatum est quaedam priuatio: sed priuatio opponitur habitui. ergo originale peccatum non est habitus.

Præterea. Actuale peccatum habet plus de ratione culpae, quam originale, in quantum habet plus de ratione uoluntarii: sed habitus actualis peccati non habet rationem culpae, alioquin sequeretur, quod homo dormiens, culpabiliter peccaret. ergo nullus habitus originalis habet rationem culpae.

In malis, actus semper praecedit habitum. Nullus enim habitus malus est infusus, sed acquisitus: sed originale peccatum non praecedit aliquis actus. ergo originale peccatum non est habitus.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro de Baptismo puerorum, quod secundum peccatum originale paruuli sunt concupiscentes, etsi non sint actus concupiscentes, sed habitus dicitur secundum aliquem habitum. ergo peccatum originale est habitus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, duplex est habitus. Vnus quidem quo inclinatur

potentia ad agendum, sicut scientie, & uirtutes dicuntur habitus, & hoc modo peccatum originale non est habitus. Alio modo dicitur habitus dispositio alicuius naturae ex multis compositae, secundum quam bene se habet, uel male ad aliquid, & praecipue cum talis dispositio fuerit quasi in natura uersa, ut patet de ageritudine & sanitate, & hoc modo peccatum originale est habitus. Est enim quaedam inordinata dispositio proueniens ex dissolutione illius harmoniae, in qua consistebat ratio originalis iustitiae, sicut etiam ageritudo corporalis est quaedam inordinata dispositio corporis, secundum quam soluitur equalitas, in qua consistit ratio sanitatis. unde peccatum originale languor naturae dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut ageritudo corporalis habet aliquid de priuatione in quantum tollitur equalitas sanitatis, & aliquid habet positum, scilicet ipsos humores inordinate dispositos.

priuatione sumit inordinata dispositio, id est, dispositio priuata tali ordine, sequitur quod non sit habitus, sed priuatio peccatum originale, in tali inordinatione consistens. si uero sumitur contrarie, oportet assignare, quod sit illud positum fundans hanc contrarietatem.

Dubium secundum est, quomodo peccatum originale sit uere habitus, loquendo de habitu in ordine ad naturam, quia nulla est in nobis ex peccato originali qualitas superaddita siue in essentia, siue in potentia anime, ubi ponitur originale peccatum: constat enim habitum esse speciem qualitatis.

Dubium tertium est quomodo peccatum originale est languor naturae. Aut enim hoc dicitur de natura nostra absolute, aut donata iustitia originali. Non absolute: quia natura priuata originali iustitia, nullam habet imbecillitatem, sed est sibi ipsi relicta quod ad animam, & quo ad corpus: & sicut tendentia elementorum in propria non est languor naturae absolute: ita nec tendentia partium anime in propria: Nec de donata iustitia originali, quia cum natura nostra non differat a seipsa donata iustitia originali, nisi priuatione illius uoluntate Adae, non apparet in quo consistat iste languor.

Dubium quartum est in responsione ad primum, quomodo peccatum originale est habitus, corruptus. Nam habitus corruptus non est habitus, sicut nec albedo corrupta est albedo. Si igitur peccatum originale est habitus corruptus, falso dicitur esse in corpore, quod est habitus. Iy, enim corruptus, est conditio diminuens.

Ad primum horum dicitur, quod inordinatio sumitur contrarie. Est enim in nobis considerare partem

1. di. 5. q. 1. ar. 1. c. & di. 7. q. 1. ar. 1. ad 2. & 2. di. 30. q. 1. ar. 3. ad 2. & uer. q. 20. ar. 1. ad 2. & ma. q. 4. ar. 2. ca. 2. & 3. & 24.

Habetur ex ferm. 45. de tempore cog. 10. & ex li. 6. contra Iulianum c. 7.

q. 50. ar. 1.

tes anima dispositas dupliciter, scilicet cum harmonia conformi naturae nostrae rationali, & sine illa. Et cum sunt tali harmonia, prout sunt ut ferantur secundum proprios impetus praeter consonantiam ad harmoniam illam, hoc autem est partes animae esse inordinatas contrarie, sicut humores corporis, cum sunt sine regimine virtutis animae, mouentur secundum proprias inclinationes non solum extra harmoniam finitatis, sed contra illam. Fundatur igitur inordinatio contrarie super pronitate ad ea, quae sunt contra harmoniam. Concupiscibilis enim ex hoc ipso, quod prona est ad delectabile secundum sensum, plusquam oportet secundum rationem rectam, est contrarie disposita.

q. pra. arti.

Ad secundum dicendum, quod actuale peccatum est inordinatio quaedam actus; originale uero cum sit peccatum naturae, est quaedam inordinata dispositio ipsius naturae, quae habet rationem culpae, in quantum deriuatur ex primo parente, ut dictum est. Huiusmodi autem dispositio naturae inordinata habet rationem habitus, sed inordinata dispositio actus non habet rationem habitus, & propter hoc peccatum originale potest esse habitus, non autem peccatum actuale.

Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de habitu, quod potentia inclinatur in actum: talis autem propria singulis partibus tendentibus, ad contrariam esse naturam totus homo pronus inuenitur. Quod autem habitus illa naturalis sit, patet ex hoc, quia est secundum naturam naturalem namque, ut in secundo Physicorum habetur, dicitur de eo quod est secundum naturam. Continent enim habitus naturalem nostram, quae rationales sumus, esse secundum rationem, in omnibus partibus animae participibus, ut Dionysius in quarto capitulo de nominibus dicit. Naturalia autem esse non sunt ablatibus, sunt tamen infirmata, sed de hoc cinerius latius sermo.

Ad quartum dubium prima fronte uidetur dicendum, quod corrupta est habitus, quod debet legi. Sed est habitus contrarius. Iuxta hunc namque sensum directe satisfactio arguitur, & consonat toti illi responsioni, quae uult, quod egritudo non est pura priuatio sanitatis, ita peccatum originale non est pura priuatio originalis iustitiae, sed est habitus contrarius illi. Sed quia in sequentis articuli corpore expressum est, quod peccatum originale est dispositio corrupta, est quatio de habitu corrupto, & dispositione corrupta, inquam corrupta est conditio diminuens utrobique, sicut ter dicendum est, quicquid sit de correctione huius habitus. Non intenditur igitur auctor per habitum corruptum, habitus qui desit, sicut per hominem mortuum intelligitur bonum desit, sic enim corruptum est conditio diminuens, sed dicitur peccatum originale esse tam habitum, quam corruptionem in corruptione consistentem. Sicut enim egritudo est habitus consistens in corruptione humorum, ita peccatum originale est habitus consistens in corruptione partium animae. Corruptionis enim nomen, ut patet in octauo Physicorum, omnem alicuius destinationem extenditur, & sic corruptio contra priuacionem distinguitur in litera. Priuatio contra negationem in subiecto a priori nato: corruptio uero a posteriori fitium contrarium, fundans illam negationem. Non enim priuatiue dicit sanitatis negationem in corpore, sicut paci sanitatis. Aegrum uero dicit humores corruptos, & contrarias dispositiones ad sanitatem, ac per hoc dicit aliquid positum, & est habitus corruptus, & est in corruptione consistens, cum quo stat, quod est habitus. Et simile est de peccato originali, qui languor naturae.

Super questionis 82. articulum secundum. In articulo secundo, & tertio eiusdem questionis dubia occurrunt. Primum est, de qua causa est sermo in illa parte...

prima parte animae, in sequenti quaestione dicitur, in certis partibus materialiter. Putandum est igitur, quod sicut humores inordinate dispositi est infirmitas, sic quod in uno est habitus, & in reliquis materialiter, ita & de peccato originali est qualitas quae nata est determinare, & modificare potest subiecti habitus.

tem habitus non est peccatum originale. Quamuis etiam ex peccato originali sequatur aliqua inclinatio in actum inordinatum, non directe, sed indirecte, per remotionem prohibentis, id est originalis iustitiae, quae prohibebat inordinatos motus, sicut etiam ex egritudine corporali indirecte sequitur inclinatio ad motus corporales inordinatos, nec debet dici, quod peccatum originale sit habitus infusus aut acquisitus per actum nisi primi parentis, non autem huius personae, sed per uitiatam originem innatus.

ARTICVLVS II.

Utrum in uno homine sint multa originalia peccata.

Ad secundum sic procedit. Videtur, quod in uno ho-

propria singulis partibus tendentibus, ad contrariam esse naturam totus homo pronus inuenitur. Quod autem habitus illa naturalis sit, patet ex hoc, quia est secundum naturam naturalem namque, ut in secundo Physicorum habetur, dicitur de eo quod est secundum naturam. Continent enim habitus naturalem nostram, quae rationales sumus, esse secundum rationem, in omnibus partibus animae participibus, ut Dionysius in quarto capitulo de nominibus dicit. Naturalia autem esse non sunt ablatibus, sunt tamen infirmata, sed de hoc cinerius latius sermo.

Ad quartum dubium prima fronte uidetur dicendum, quod corrupta est habitus, quod debet legi. Sed est habitus contrarius. Iuxta hunc namque sensum directe satisfactio arguitur, & consonat toti illi responsioni, quae uult, quod egritudo non est pura priuatio sanitatis, ita peccatum originale non est pura priuatio originalis iustitiae, sed est habitus contrarius illi. Sed quia in sequentis articuli corpore expressum est, quod peccatum originale est dispositio corrupta, est quatio de habitu corrupto, & dispositione corrupta, inquam corrupta est conditio diminuens utrobique, sicut ter dicendum est, quicquid sit de correctione huius habitus. Non intenditur igitur auctor per habitum corruptum, habitus qui desit, sicut per hominem mortuum intelligitur bonum desit, sic enim corruptum est conditio diminuens, sed dicitur peccatum originale esse tam habitum, quam corruptionem in corruptione consistentem. Sicut enim egritudo est habitus consistens in corruptione humorum, ita peccatum originale est habitus consistens in corruptione partium animae. Corruptionis enim nomen, ut patet in octauo Physicorum, omnem alicuius destinationem extenditur, & sic corruptio contra priuacionem distinguitur in litera. Priuatio contra negationem in subiecto a priori nato: corruptio uero a posteriori fitium contrarium, fundans illam negationem. Non enim priuatiue dicit sanitatis negationem in corpore, sicut paci sanitatis. Aegrum uero dicit humores corruptos, & contrarias dispositiones ad sanitatem, ac per hoc dicit aliquid positum, & est habitus corruptus, & est in corruptione consistens, cum quo stat, quod est habitus. Et simile est de peccato originali, qui languor naturae.

Super questionis 82. articulum secundum.

In articulo secundo, & tertio eiusdem questionis dubia occurrunt. Primum est, de qua causa est sermo in illa parte...